Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-483959-p0001-9

4. ~~J. V.~~ H. I.



II. Fol. 25: (Band 1.)
(cat. 1, 678.)

N 14 15

Dictatum Ratisbonæ, die 9. Febr.
1757.
per Moguntinum.

RECREDENTIALES
SACRI ROMANI IMPERII
PRO
DOMINO
ABBATE LE MAIR
SACRAE REGIAE MAJESTATIS GALLIARUM ET NAVARRAE MINISTRO.

TYPIS, HENRICI GEORGII NEUBAUERI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-483959-p0003-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-483959-p0004-6

Sereniſſime ac Potentiſſime, Rex Chriſtianiſſime, Domine Clementiſſime!

Rité ad nos pervenerunt Litteræ a Regiâ Majeſtate veſtrâ ad hæc Sacri Romani Imperii Comitia XVIII$^{\text{vâ}}$ Januarii benevolé exaratæ, quibus pluribus intelleximus, Regiæ Majeſtatis veſtræ hactenus híc Miniſtrum Dominum Abbatem le Mair ad gerenda propria Præſentiam ejus deſiderantia Negotia in Galliam redeundi Facultatem obtinuiſſe, ſimulque autem in Mandatis accepiſſe, ut valedicturus, id, quod ei ſæpius demandatum fuerat; repetat, & de Majeſtatis veſtræ Benevolentiâ & Affectu nos reddat certiores.

Sicut proinde pro gratioſâ hac Notificatione, proque teſtato ſimul erga Sacri Romani Imperii Electores, Principes & Status, Principales noſtros peculiari Affectu debitas & humillimas Gratias referimus, ita avemus animitus, ut ea, quæ cum Majeſtate Veſtrâ a Sacro Romano Imperio feliciter colitur, Amicitia & Concordia ſit perennis & nunquam intermoritura, nullatenus dubitantes,

quin

quin de hoc Animorum noſtrorum ſenſu, deque Studio noſtro, quo Majeſtatis Veſtræ Benevolentiam ulteriorem promereri contendimus, prædictus Dominus le Mair (qui ob non vulgares Animi Dotes nec non acquiſitam ſibi in pertractandis Negotiis Dexteritatem nobis perquam gratus & acceptus fuit) ad Curiam redux ampliora ſit perhibiturus Teſtimonia.

Quod Supereſt ſupremi Numinis Tutamini Regiam Majeſtatem veſtram, nos veró perenni ejus Gratiæ devotiſſimé commendamus debitâ cum obſervantiâ & ſubmiſſione permanentes

Regiæ Majeſtatis veſtræ Chriſtianiſſimæ

Ratisbonæ VII. Februarii
MDCCLVII.

Humillimi
Sacri Romani Imperii Electorum, Principum & Statuum Conſiliarii & Legati hîc congregati.

Inſcriptio:

Sereniſſimo & Potentiſſimo Principi ac Domino, Domino *Ludovico XV.* Galliarum & Navarræ Regi Chriſtianiſſimo, Domino noſtro Clementiſſimo.

Pon Vd 2671
2°



ULB Halle 3
001 515 373

17 Handschriften
noch nicht aufgenommen
(f)
56.
M. C.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-483959-p0007-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-483959-p0008-0

Dictatum Ratisbonæ, die 9. Febr.
1757.
per Moguntinum.

RECREDENTIALES
SACRI ROMANI IMPERII
PRO
DOMINO
ABBATE LE MAIR
SACRAE REGIAE MAJESTATIS
GALLIARUM ET NAVARRAE
MINISTRO.

TYPIS, HENRICI GEORGII NEUBAUERI.

N. 14 15

Farbkarte #13
B.I.G.
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-483959-p0009-8